



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 102. Oratores a Basileensi Synodo ad Galliarum Regem missi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. in hanc electionis normam aliæ mutationes inducebantur, & regnante Carolo VI. A.C. 1438. gravissimi quoque abusus irrepererunt, quibus Ecclesiæ, regnique status toto rerum ordine inverso pessimum videbatur. His igitur malis Carolus VII. Galliarum Regum regio suo Consilio, ac Ecclesiæ Gallicanæ Clero occurrere statuit: hinc jam ab Anno supra millesimum quadringentesimo trigesimo primo datis ad Basileensem Synodum literis invalescentes hanc corruptelas exposuit. Eadem hælitera jam prius in alio Bituricensi conventu conceptæ erant.

### §. CII.

#### *Oratores a Basileensi Synodo ad Galliarum Regem missi.*

Itaque Basileensis Concilii Patres, ut religiæ epistolæ responderent, plura ad Regem transmittebant decreta ad libertatis Ecclesiasticæ restorationem spectantia, quæ ab eo confirmari, atque in universo ejus regno recipi postulabant. Placuit Regi Patrum sententia, unde die septima Julii hujus anni Pragmaticam Sanctionem (quæ a nonnullis Ecclesiæ Gallicanæ propugnaculum dicebatur) confici-

---

xander in sua Historia Ecclesiastica ad Sacrum XV. & XVI. Dissert. XI. artic. VI.

VII.  
 confici jussit; Hac ipsa lege vix non omni- Sæcul. XV.  
 nis beneficia conferendi, & de caussis Ecclæsia- A.C. 1438.  
 clesiasticorum in illo regno cognoscendi  
 potestas abrogatur, Rexque in dicta Prag-  
 matica hunc in modum effatur: *Inscrutabilis divinæ Altitudinis providentia potes-*  
*tatem Regiam ad hoc inter cetera ordinavit in terris, ut Ecclesiam sanctam, ejusque*  
*Ministros fideliter protegeret, atque tuere-*  
*tur, & sacerdotum antiquorumque Patrum*  
*decreta saluberrima, spiritu Dei promulga-*  
*ta, quibus nervus disciplinæ Ecclesiasticæ*  
*viget ac solidatur, sinceriter exequi faceret,*  
*ilibateque observari: sed & speciali debito*  
*Juramenti, in insigni nostri diadematis suscep-*  
*tione ad idipsum adstringimur pariter &*  
*obligamur. Postea subjungit, quod sacro-*  
*santa Generalis Synodus Basileensis tam ex*  
*Constantiensis & Senensis decretis, & ordi-*  
*natione, quam duorum Romanorum Pon-*  
*tificum Martini V. & Eugenii IV. ad re-*  
*formandum debite in capite & in membris*  
*statum Ecclesiasticum divina pietate inspiran-*  
*te coadunata fuerit. . . . Quæ quidem ge-*  
*neralis Synodus certa Decreta, certasque*  
*ordinationes & statuta solemnia fecit & con-*  
*didit, quæ per suos Oratores & Nuncios*  
*principios Nobis & Ecclesiæ Regni præsen-*  
*tari fecit, & exhiberi, necnon recipi postu-*  
*lavit. Quibus attente consideratis habita*  
*super his magni Consilii nostri deliberatione*  
*præmatura, Prælatos Regni, divini & hu-*  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XXVII. Aa manz*

Sæcul. XV. mani Juris Magistros, Doctores & scien-  
 tificos Viros Universitatum studiorum ge-  
 neralium convocari fecimus, & congregans  
 in qua quidem Congregatione assidentibus  
 nobis pluribus Principibus ac Regni Pro-  
 tribus, ipsius summi Pontificis, necnon & sa-  
 ðæ Synodi generalis prædictæ solemniter  
 Oratores ad nos destinatos super his & aliis  
 statum Ecclesiæ Dei plurimum concernentibus  
 audivimus, attenteque audiri fecimus.  
 Postea narrat, sibi a suis Prælatis expo-  
 situm fuisse, quantum in ipso nascentis  
 Ecclesiæ exordio fides Catholica, & di-  
 sciplina Ecclesiastica in Galliis efflorui-  
 set, quantaque bona ex observatione an-  
 tiquorum decretorum profluxissent: cum  
 econtra ex eorum contemptu morum cor-  
 ruptiones, & ex ambitione & avaritia,  
 extrema pene status Ecclesiastici ruina  
 processisset, quorum malorum caussæ pre-  
 cipuæ fuissent Dignitatum, & beneficio-  
 rum Ecclesiasticorum reservationes, &  
 gratiæ expectativæ, unde factum, ut be-  
 neficia plerumque personis ignotis, &  
 non probatis, nec residentibus, aut lin-  
 guam non intelligentibus conferrentur,  
 ex quo ingens animarum, & Ecclesiarum  
 atque etiam Universitatum, & Doctorum,  
 proborumque virorum detrimentum emer-  
 sisset, multaque alia incommoda  
 vitia, ac pericula prodierint, necnon gra-  
 viissimum Coronæ Regiæ juribus, totique  
 Regno

Regno damnum fuisset illatum: Demum Secul. XV.  
 declarat, quod Ecclesiæ Gallicanæ Præ- A.C. 1438.  
 sules tot malis, ac corruptelis com-  
 moti, in hoc Bituricensi conventu a Ba-  
 sileensibus quædam statuta receperint, &  
 præhabita inter eos multimoda, diutinaque  
 discussione, atque digestione memorata ipsius  
 sacræ Basileensis Synodi Decreta, Ordina-  
 tiones & statuta, aliqua simpliciter, ut ja-  
 cent, alia vero cum certis modificationibus,  
 & formis, non hæsitatione potestatis & au-  
 thoritatis condentis, & promulgantis, ipsius  
 scilicet sacræ Basileensis Synodi, sed quate-  
 nus commoditatibus, temporibus, & mori-  
 bus Regionum & Personarum Regni nostri  
 congruere, convenireque conspexerunt, illico  
 & indilate recipienda censuerint, & acce-  
 ptanda deliberaverint.

### §. CIII.

#### *Pragmatica a Regis Gallice Legatis ad Basileenses delata.*

Rex Sanctionem Pragmaticam ita con-  
 ceptam per suos Legatos ad Basileen-  
 ses deferri jussit. Constat illa titulis vi-  
 ginti tribus, qui ex decretis ejusdem  
 Concilii petebantur, & præcipue ex illis,  
 quæ respiciunt Generalium Conciliorum  
 auctoritatem, collationes, electiones, gra-  
 tias expectativas, appellations, Anna-  
 tas, ceterasque exactiones, item divini

Aa 2 officij